



Per.  
Lat  
020

LATIN IFJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 142-215).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretium subnotationis an. 1937-38. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparisorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A-37.880. Subnotatores earum gentium, unde simplex peculariarum transmissio impeditur, utantur schidulis. Coupon réponse internationals appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

## Dies natalis praesidis Poloniae.

Val. Fehér O. S. B. Strigoniensis.

**Ignatius Moscicki**, praeses grandaevus rei publicae Poloniae, his diebus annum vitae septuagesimum explevit. Cum sit vir — ut vulgo constat — animo modestissimo, diem illum per omnes partes Poloniae splendide celebrari non passus est. Ignatius Moscicki unus est ex Polonis viris<sup>1</sup> rerum<sup>1</sup> civilium<sup>1</sup> peritis,<sup>1</sup> quorum actiones cum rebus gestis renovatae Poloniae coniunctae sunt. Parentibus possessoribus agrorum divitibus natus adolescentis Rigae in academia polytechnica ille quidem nomen<sup>2</sup> dedit<sup>2</sup>, tamen iam civis academicus maximum studium in sodalitatibus<sup>3</sup> iuventutis interposuit; quam ob rem Russiam relinquere coactus in Britannia et Helvetia discere perrexit.<sup>4</sup> Iis temporibus cognovit Iosephum Pilsudzki, qui eum utilem in rebus publicis sui laboris adiutorem invenit. Diu in Helvetia commorans brevi chemicis experimentis bonum sibi nomen inter viros doctissimos comparavit. Factus fabricae laetamini<sup>5</sup> artificiosi<sup>5</sup> praefectus technica scientia prospere

usus est. Cum magnam ex hoc munere<sup>6</sup> pecuniam haberet, tamen rediit in Poloniam, ut patriae operam dare posset. Anno 1911. Leopoli<sup>7</sup> professor in academia polytechnica factus est.

Coorto bello gentium multa egit in Polonis legionibus comparandis atque instruendis. Unus ex eius filiis adiutor Josephi Pilsudzki mareschalli bello interfuit. Restituta libera Polonia professor Moscicki maximum onus rei oeconomiae<sup>8</sup> renovandae suscepit. Cum in oppido Chorzov chemicæ fabricæ bello plane vastatae essent, Poloni officium atque onus earum renovandarum ei manda-



J. Moscicki exploratores in Poloniā advenientes salutat.

<sup>1</sup> államférfi = Staatsmann = homme d'État    <sup>2</sup> beiratkozni = sich einschreiben lassen = se faire inscrire    <sup>3</sup> bajtársi egyesület = Burschenschaft = association d'étudiants    <sup>4</sup> folytatni = fortsetzen = continuer    <sup>5</sup> műtrágya = Kunstdünger = engrais chimique    <sup>6</sup> állás = Stelle, Posten = place    <sup>7</sup> Lemberg = Lemberg    <sup>8</sup> közgazdaság = Staatswirtschaft = économie publique



verunt. Rerum<sup>9</sup> periti<sup>9</sup> putabant quinque annos esse necessarios ad opus prospere perficiendum. Professor Moscicki uno anno grande opus perfecit, cum interea artem chemicam Polonorum ad summum fastigium<sup>10</sup> sustulit. Quare merito dici potest fabricas Chorzovienses a professore Moscicki conditas esse atque institutas.

Anno 1926. Pilsudscki mareschallus ei dignitatem praesidis rei publicae obtulit. Quamquam doctus vir celeberrimus post bellum rebus publicis non intererat, tamen auctoritate eius toto regno probatissimā<sup>11</sup> maximis in salutem communem meritis, infinitā mareschalli in eum fiducia, amore Polonorum effectum est, ut aptus huic dignitati putaretur. Atque exinde e sella praesimali demonstravit laudem eruditionis cum sapientia civili in se esse coniunctam. Anno 1933. iterum praeses rei publicae electus est. Ignatius Moscicki, cum anno superiore decennium dignitatis praesimalis gestae celebraret, Poloni maximā reverentiā atque obsequio<sup>12</sup> amplexi sunt.

<sup>9</sup> szakértők = die Sachverständigen = les experts  
<sup>10</sup> fok = Stufe = degré <sup>11</sup> elismert = anerkannt = reconnu  
<sup>12</sup> hódolat = Huldigung = hommage



## LECTORIBUS MINIMIS.

### Latinae horae in schola Emerici.

Deinde dominus professor lēgem<sup>1</sup> Latīnī accentū nōbis explicāvit.<sup>2</sup> Et hactenus<sup>3</sup> prosperē<sup>4</sup> omnia processērunt.<sup>4</sup> Mox autem iocōsus linguae<sup>5</sup> lapsus<sup>5</sup> cachinnōs<sup>6</sup> omnium commōvit.<sup>6</sup> Etiam hoc narrābo.

«Pervenimus ad tertium prōpositum<sup>7</sup> hōrae», inquit dominus professor. «Quis nōbis primās sex formās verbi sum in ordinem compōnet?» «Orō tē, domine professor, mē ēvocā,<sup>8</sup> mē interrōgā, ego primus bracchium sustulī, ita ūrāvī. «Mox etiam tū dīcēs», respondit dominus professor, «exspectā parumper<sup>9</sup> et silē! Paulus dicat nunc sex illas formās!» Paulus praeproperē<sup>10</sup> incipit: «sum sus...» «Hahaē, rident<sup>11</sup> pueri; «tu sus es? sus lutulent!» Hahaē, hahaē! «Lapsus linguae, mi fili», inquit dominus professor. «Corrigat coniugatiōnem Colomannus!» «Sum, es, est; sumus, estis, sunt», inquit ille. «Alio ordine repeatet Emericus!» «Sum, sumus; es, estis; est, sunt», dixi ego. «Pulchrē, bene, recte, pueri. Sed finis adest hōrae; exite in porticum!<sup>12</sup>»

Proximā hōrā Latīnā dē calendārio vetere nōbis dominus professor narrāvit, colloquiumque dē hāc rē hōc aenigmate<sup>13</sup> finivit:

Nonae, Calendae, Martiae Idūs...  
Qui tu hoc scribis litteris tribus?

Hoc tum<sup>14</sup> dēmum<sup>14</sup> solvimus, cum dominus professor subter<sup>15</sup> vocābulum<sup>15</sup> hoc<sup>15</sup> lineam duxit.  
(Solutio: hoc.)

Tum de alphabētō, dē abecedāriō<sup>16</sup> Latīnō, imprimis dē litteris c et a didicimus. Nonnulla hic nar-rabo. 1. Temporibus Ciceronis, clarissimi illius oratōris,<sup>17</sup> e litteram cīvēs urbīs Rōmae semper ita pronuntiavērunt,<sup>18</sup> ut nos litteram k. Cicero. Postea c littera duas vōcēs signabat,<sup>19</sup> sicut nunc in verbo crēscit. 2. Lūna semper mendax<sup>20</sup> est, dicēbant veterēs Rōmānī. Cūr? Quia,<sup>21</sup> cum<sup>22</sup> litteram (ꝝ = C) monstrat, non crēscit, sed dēcrēscit. Cum autem formam (ꝝ = D) litterae praeberet,<sup>23</sup> non dēcrēscit, sed crēscit. 3. Crās<sup>24</sup> crās veniet pluvia,<sup>25</sup> clāmant cornicēs,<sup>26</sup> cornix vōcat pluviam, existimābant Rōmānī, sicut nōs dicēre solēmus:<sup>27</sup> Rudit<sup>28</sup> asinus: pluet.<sup>29</sup>

4. Vox, quam veterēs Rōmānī litterā a scribēbant, inquit dominus professor, non tam grāvis<sup>30</sup> vox fuit, quam a Hungaricum Rānae, uti Rōmānōrum poēta, Ovidius dicit, ita coaxant:<sup>31</sup> sub aquā, sub aquā. Sed haec verba aliā «» vōce pronuntiāvit Rōmānus, aliā prōnuntiat Hungar. 5. Etiam duo chronosticha<sup>32</sup> nōbis domiñus professor in tabulā inscripsit: a) inscriptiōnem scholae, b) inscriptiōnem bibliothecae gymnasii Eperjesensis, ubi litterae maiōrēs annum dedicatiōnis<sup>33</sup> aut fundatiōnis<sup>34</sup> indicant. Pro U litterā V est in-sculptum:<sup>35</sup>

a) NON SCHOLAE, SED VITAE DISCIS, DISCIPLVLE.  
(DDD=MD, EEEEL=CXXX, VV=X, IIIII=V,)

MDCCCCCXV = MCMXV = 1915.

Ergo schola illa anno millesimo nongentesimo quintodecimo dedicāta est.

b) Inscriptio bibliothecae haec est:  
HAVRIT AQUAM CRIBRO, QVI DISCERE VVLT SINE LIBRO.  
MDCCLLVVVVIIII = MDCCXXXI = 1831.

<sup>1</sup> szabály = Regel = règle <sup>2</sup> megmagyaráz = erklär-en = expliquer <sup>3</sup> eddig = bis jetzt = jusque là <sup>4</sup> szé-pen (szerencsésen) ment = verlief glücklich = bien marcher <sup>5</sup> nyelvbotlás = Sprechfehler = écart de langage, lapsus <sup>6</sup> megkacagat = zum Lachen bringen = faire rire aux éclats <sup>7</sup> kitűzött feladat = Aufgabe = tâche <sup>8</sup> fel-szólít = aufrufen = appeler <sup>9</sup> egy kissé = ein Weilchen = un peu <sup>10</sup> elhamarkodva = übereilt = inconsidérément <sup>11</sup> nevet = lacht = rire <sup>12</sup> folysó = Korridor = corridor <sup>13</sup> rejtvény = Rätsel = énigme <sup>14</sup> csak akkor = erst dann = alors seulement <sup>15</sup> a hoc szó alá = das Wort hoc (mit einem Strich) unterstreichen = souligner le mot hoc <sup>16</sup> betürend, abc = das Alphabet = alphabet <sup>17</sup> szónok = Redner = orateur <sup>18</sup> kimond = aussprechen = pro-noncer <sup>19</sup> jelöl = bezeichnen = désigner <sup>20</sup> hazúg = Lügner = menteur <sup>21</sup> mert = denn = car <sup>22</sup> amikor = wenn = lorsque <sup>23</sup> monstrat <sup>24</sup> holnap = morgen = demain <sup>25</sup> eső = Regen = pluie <sup>26</sup> varjú = Krähe = corneille <sup>27</sup> szoktuk = wir pflegen = avoir l'habitude de <sup>28</sup> ordít = brüllt = braire <sup>29</sup> esik az eső = es regnet = pleuvoir <sup>30</sup> mély = tief = profond <sup>31</sup> brekeg = quaken = coasser <sup>32</sup> évszámot rejtő versor = eine Jahreszahl enthaltender Vers = chronogramme <sup>33</sup> fölavatás = Wei-hung = inauguration <sup>34</sup> alapítás = Gründung = fonda-tion <sup>35</sup> bevesve = eingemeißelt = gravé, taillé

Hic versus hexameter est cum syllabis<sup>36</sup> simili-  
ter<sup>36</sup> sonantibus<sup>36</sup>. Officinam igitur avus possessō-  
ris ante hos centum et septem annos fundāvit.

6. Simulac<sup>37</sup> campānula sonuit, dominus pro-  
fessor in porticum nos ēmisit. Subito<sup>38</sup> in angulo<sup>39</sup>  
porticus cachinnum tollunt<sup>40</sup> pueri. Dominus pro-  
fessor proprius accēdit et interrogat: «Quid hoc,  
pueri?» — «Coaxāmus, — respondet Andreās, —  
rānae sumus. Ego rāna Hungarica grāvi vōce coaxo.  
Carōlus est rāna Rōmāna, ideo Rōmānā a vōce  
coaxat.» Dominus professor digitum tollit; obmū-  
tēscunt<sup>41</sup> rānae. Sed paulo post iterum cachinnant<sup>40</sup>  
pueri in eōdem angulo. «Quid nunc?» quaerit domi-  
nus professor. «Ignoscas,<sup>42</sup> quaeſo,<sup>42</sup> domine pro-  
fessor, — respondet Andreas — pluviam vocāmus.  
Ego asinus sum, ergo rudiū. Petrus cornix est, ideo  
«crās-crās» clāmitāvit. Dominus professor lēnit<sup>43</sup>  
rīsit<sup>43</sup> et dixit:

Sunt pueri pueri. Pueri puerilia<sup>44</sup> tractant.<sup>44</sup> Et  
statim silentium<sup>45</sup> fit.<sup>45</sup> Sed quod illā Latīnā hōrā  
didicimus, nunquam<sup>46</sup> ex animo<sup>46</sup> nostro excidet.<sup>46</sup>

Desiderius Dezséry Budapestinensis.

<sup>36</sup> rimes = mit einem Reim = rimé    <sup>37</sup> mihelyt = sobald  
= dès que    <sup>38</sup> egyszerre csak = plötzlich = soudainement  
<sup>39</sup> sarok, zug = die Ecke = coin    <sup>40</sup> hangosan kacag =  
lachen laut = pousser un éclat de rire    <sup>41</sup> elhallgatnak =  
verstummen = se taire    <sup>42</sup> bocsásson meg = verzeinen  
Sie = pardonner    <sup>43</sup> szelidén mosolyog = lächelt sanft =  
sourire    <sup>44</sup> gyerekséget cselekesznek = treiben kindische  
Sachen = faire des enfantillages    <sup>45</sup> csönd lesz = es wird  
still, wir schweigen = tout se tait    <sup>46</sup> sohasem felejtjük =  
werden wir nie vergessen = nous n'oublierons jamais

## Venator «misericors».<sup>1</sup>


Venator quidam saepissime venatum<sup>2</sup> ivit, sed  
praedam nullam domum tulit, quia nec leporem,  
nec perdicem,<sup>3</sup> nec coturnicem,<sup>4</sup> aut aliam bestiam  
sclopetō<sup>5</sup> occidere poterat. Uxori interroganti, cur  
non ferret domum praedam, respondit: «O, mea  
dulcissima, num tibi ignotum est, quam misericors  
ego sim in pauperes? Ego equidem,<sup>6</sup> si quam<sup>7</sup>  
bestiam sclopetō occidere mihi succedit:<sup>8</sup> pau-  
peribus et egenis<sup>9</sup> dono.

Uxor: «Decorum est — inquit — pauperes et  
egenos adiuvare, at laudabile esse non puto  
semper oblivious<sup>10</sup> uxoris et familiae...»

Proximo die venator iterum venatum it.  
Forte<sup>11</sup> in foro conspicit<sup>12</sup> rusticum, qui vivum  
leolem, in campo exceptum,<sup>13</sup> vendere<sup>14</sup> vult.  
Venator noster magno<sup>15</sup> pretio<sup>15</sup> emit leolem,  
festinanter<sup>16</sup> abdit<sup>17</sup> eum in sacciperium<sup>18</sup> venati-  
cum<sup>18</sup> et magno cum gaudio pergit<sup>19</sup> iter...

<sup>1</sup> jószívű = barmerzig = charitable    <sup>2</sup> vadászni (cél-  
hat.) = auf die Jagd = à la chasse    <sup>3</sup> fogoly = Rebhuhn =  
perdrix    <sup>4</sup> fürj = Wachtel = caille    <sup>5</sup> puska = Flinte =  
fusil    <sup>6</sup> én (a magam részéről) bizony = ich meinerseits =  
moi    <sup>7</sup> aliquam    <sup>8</sup> sikerül = es gelingt = je réussit  
<sup>9</sup> szűkölök = notleidend = indigent    <sup>10</sup> megfeledkezni  
vミről (gen.) = vergessen = oublier    <sup>11</sup> véletlenül = zu-  
fällig = par hasard    <sup>12</sup> megpillant = erblicken = aperce-  
voir    <sup>13</sup> melyet elfogott = einfangen = attraper    <sup>14</sup> el-  
adni = verkaufen = vendre    <sup>15</sup> drágán = teuer = cher  
<sup>16</sup> sietve = eilends = à la hâte    <sup>17</sup> elrejt = verstecken =  
cacher    <sup>18</sup> vadászstarisznya = Jägertasche = carnier

Cum in eum locum venisset, ubi venare sole-  
bat, — ne quid<sup>20</sup> incommodē<sup>21</sup> accideret<sup>21</sup> —  
leolem funiculō<sup>22</sup> alligavit<sup>23</sup> ad arborem...  
Deinde aliquot passus regressus<sup>24</sup> in leolem dirigit  
sclopetum, quod — sequenti momento — ingenti



fragore<sup>25</sup> tonat globulisque<sup>26</sup> eius ita successit  
venatori nostro percutere<sup>27</sup> ... *funiculum*, ut lepus  
feliciter aufugeret... Alexius Czuppon. Miskolciensis.

<sup>19</sup> folytatni = fortsetzen = continuer    <sup>20</sup> aliquid    <sup>21</sup> balul,  
rosszul üt ki = es passiert ihm ein Unfall = il lui arrive  
un accident    <sup>22</sup> zsineg = Bindfaden = ficelle    <sup>23</sup> oda-  
köt = festbinden = attacher    <sup>24</sup> visszamenve = zurück-  
gehend = reculant    <sup>25</sup> robaj = Getöse = détonation  
<sup>26</sup> sörét = Schrot = cendrée    <sup>27</sup> átlöni = treffen = rom-  
pre, casser

## Varia.

1. De Aquino. Nuper<sup>1</sup> cum Budapestini essem,  
etiam ruinas oppidi Aquinci Pannoniae antiquae  
adire volui. Aquincum ab Augusto imperatore con-  
ditum<sup>2</sup> esse inter omnes constat.<sup>3</sup> Nomen divitias  
aquarum significat: «Ac inc» lingua Celticā «aqua  
copiosa» dicitur. Primum Museum spectavi. Admirab-  
runt munditas<sup>4</sup> labore subtili factas: inaures,<sup>5</sup>  
fibulas,<sup>6</sup> at maxime organum<sup>7</sup> pneumaticum in  
hypogeo<sup>8</sup> inventum mihi placuit. Inveniebantur hic  
statuae e marmore et ex aere factae. Immo effo-  
diebatur<sup>9</sup> officina cuiusdam tegularii<sup>10</sup> laminis<sup>11</sup>  
cum negativis ligneis. Postquam Museum spectavi,  
oppidum visitabam. Ruinae effossae<sup>9</sup> narrabant  
omnibus in dominibus fuisse balneum.<sup>12</sup> In balneo  
quodam est opus musivum<sup>13</sup> duos luctatores  
repraesentans. At non solum balnea erant, sed  
etiam thermae<sup>14</sup> civiles et militares, quibus calor

<sup>1</sup> nem régiben = unlängst = l'autre jour    <sup>2</sup> bizonyos,  
hogy = es steht fest, daß = on sait que    <sup>3</sup> alapította =  
gegründet wurde = fut fondé    <sup>4</sup> ékszer = Schmuck =  
bijou    <sup>5</sup> fülbevaló = Ohrgehänge = boucle d'oreille  
<sup>6</sup> csat = Schnalle = boucle    <sup>7</sup> orgona = Orgel = orgue  
<sup>8</sup> pince = Keller = cave    <sup>9</sup> kiás = ausgraben = mettre  
à jour    <sup>10</sup> cserep = Dachdecker = couvreur    <sup>11</sup> lap,  
lemez = Platte = plaque    <sup>12</sup> fürdőszoba = Badezimmer  
= salle de bain    <sup>13</sup> mozaik = Mosaik = mosaïque  
<sup>14</sup> meleg(gőz)fürdők = Warm(Dampf)bad = bains thermaux

hypocausto<sup>15</sup> dabatur. Extra oppidum est amphitheatrum. Domum rediens multum de caducitate<sup>16</sup> rerum humanarum meditabar; <sup>17</sup> vix credibile



Luctatio (pag 67.)

Opus musivum

Aquincense.

mihi apparebat, quomodo imperium validissimum Romanorum discordia dilabi potuisset.

*Andreas Ueskert disc. Tatanus.*

<sup>15</sup> központi fűtés = Zentralheizung = chauffage central  
<sup>16</sup> mulandóság = Vergänglichkeit = fragilité    <sup>17</sup> elgondolkozni = nachsinnen = méditer, songer    <sup>18</sup> lehanyatlani = verfallen = décliner, dépirer

**2. Lepidissime.**<sup>1</sup> Domina pulchra et adulescenscula<sup>2</sup> in officinam<sup>3</sup> medicamentorum<sup>3</sup> venit. Adiutor, qui ea re occupatus erat, ut pilulas<sup>4</sup> stomachicas<sup>4</sup> depseret,<sup>5</sup> dominam pulchram videns suspexit, amice subrisit<sup>6</sup> et motu eleganti ad mensam tabernae iit. Confuso<sup>7</sup> vultu interrogavit domina, sciret-ne aliquem modum oleum ricini bibendi<sup>8</sup> sine sensu saporis<sup>9</sup> olei. Adiutor vultu splendescenti<sup>10</sup> interrogavit: «Velis-ne assidere<sup>11</sup> parumper, dum medicamentarium<sup>12</sup> consulam?» Domina consedit.

«Forsitan licet poculum suci citreorum aquā mixti (vulgo: limonatae) offerre<sup>14</sup> tibi?»

«Gratias ago maximas.»

Medicamentarius exiit, et rediit cum poculo limonatae, quam domina iucunde<sup>15</sup> ebibit,<sup>15</sup> deinde interrogavit: «Veniet-ne cito medicamentarius?» Adiutor risit contente: «Haec erat tantum simulatio.<sup>16</sup> Oleum ricini, quod adeo timuisti, cum limonata commixtum erat. Domina pallescens<sup>17</sup> ad portam cucurrit furibunda:<sup>18</sup> «Qui tu es stultissimus, clamavit semiforis,<sup>19</sup> ego id tantum pro parvo fratre meo interrogavi.»

*Br. Editha Weissenbach disc. Kaposvarensis.*

<sup>1</sup> előzékenyen = galant = galamment    <sup>2</sup> fiatal = jung = jeune    <sup>3</sup> gyógyszertár = Apotheke = pharmacie  
<sup>4</sup> gyomorpirulákat = Magenpillen = pilules stomachique  
<sup>5</sup> gyúrni = drehen = pétrir    <sup>6</sup> mosolyott = lächelte = sourire    <sup>7</sup> zavart = verlegen = confus    <sup>8</sup> inni = zu trinken = boire    <sup>9</sup> íz = Geschmack = goût    <sup>10</sup> sugárzó = aufleuchtend = rayonnant    <sup>11</sup> helyet foglalni = Platz nehmen = s'assoir    <sup>12</sup> gyógyszerész = Apotheker = pharmacier    <sup>13</sup> beszélni vklivel = sprechen mit jdem = consulter    <sup>14</sup> felajánlani = anbieten = offrir    <sup>15</sup> élvezettel kiitta = ließ sich gut schmecken = vider avec plaisir  
<sup>16</sup> ürügy = Vorwand = prétexte    <sup>17</sup> elsápad = erbleichen = pálir    <sup>18</sup> örvülen rohant = raste = courut comme une folle    <sup>19</sup> félig kint = halbdraußen = à moitié dehors



## locosa.

**1. Dialogus.** «Audistine, Paullule,<sup>1</sup> omnes epistolæ ab exteris<sup>2</sup> gentibus in Hungariam missas resignari?<sup>3</sup>» — «Inauditum! Quomodo hoc fieri potest?! — «Aliter, mi aselle,<sup>4</sup> epistolæ perlegi non possunt.»

**2. Compotatores.**<sup>5</sup> Duo homines in caupuncula<sup>6</sup> ad multam<sup>7</sup> noctem<sup>7</sup> perpotabant.<sup>8</sup> *A.*: Age bibas, quaeso, unum adhuc poculum<sup>9</sup> vini. — *B.*: Minime. Gratias. — *A.*: Cur non? Tu nihil adhuc unquam repudiasti.<sup>10</sup> Non te intellego. Quid tibi accidit.? — *B.*: Habeo cur non bibam. — *A.*: Esne forte aegrotus? — *B.*: In aliud domicilium<sup>11</sup> immigravi.<sup>12</sup> Scalisi inexpertis<sup>13</sup> nondum assuetus sum.<sup>14</sup>

**3. Vinum limpudum.**<sup>15</sup> Hospes vinum sibi ministratum<sup>16</sup> oculis scite<sup>17</sup> inspiciens cauponem<sup>18</sup> alloquitur: «Vinum non habet colorem atque mucidum<sup>19</sup> esse videtur.» «Minime quidem — respondit caupo. — Vinum limpudum est, tantummodo poculum est squalidum.<sup>20</sup>

**4. Professor distractus.**<sup>21</sup> *Uxor professoris:* Horribile est dictu, quam inhabilis<sup>22</sup> sit nostra Julia. — *Prof.:* Quid fecit? — *Uxor:* Patellam<sup>23</sup> fregit. — *Prof.:* Extemplo dimitte<sup>24</sup> eam. Iam centies dixi, si quid frererit, statim dimittendam esse.

*Maria Harangozó disc. Simigiensis.*

<sup>1</sup> Pali = Paulchen = mon petit Paul    <sup>2</sup> külföldi = ausländisch = étranger    <sup>3</sup> felbont = feltör = entsiegeln, öffnen = ouvrir, décacheter    <sup>4</sup> csaci = Eselchen = petit nigaud    <sup>5</sup> ivótárs = Saufbruder = compagnon de bouteille    <sup>6</sup> kurta kocsmá = kleine Schenke = petit cabaret    <sup>7</sup> késő = ejjelig = bis tief in die Nacht = tard dans la nuit    <sup>8</sup> izsgatni = tüchtig saufen = boire sec    <sup>9</sup> pohár = Becher, Glas = verre    <sup>10</sup> visszautasít = zurückweisen = refuser    <sup>11</sup> lakás = Wohnung = appartement, domicile    <sup>12</sup> bekötözni = hineinziehen = emménager    <sup>13</sup> ismeretlen = unbekannt = inconnu    <sup>14</sup> megsokni = sich gewöhnen = s'habituer    <sup>15</sup> tiszta, átlátszó = klar = clair    <sup>16</sup> felszolgál = auftragen = servir    <sup>17</sup> szakértőn = sachkundig = en expert    <sup>18</sup> csapláros = Schankwirt = cabaretiere    <sup>19</sup> (bor)virágos = kahmig = trouble    <sup>20</sup> piszkos = schmutzig = sale    <sup>21</sup> szórakozott = zerstreut = distract    <sup>22</sup> ügyetlen = ungeschickt = maladroit    <sup>23</sup> térdkalács = Kniescheibe = rotule    <sup>24</sup> elbocsátani = fortschicken = renvoyer

**5. Pater in scholä.** «Veni, Domine Magister, examen<sup>1</sup> in locum<sup>2</sup> filii reparaturus.» Sum enim is, qui pensa, propter quae filius meus repulsam<sup>3</sup> tulit,<sup>3</sup> scripseram.»

**6. Discipulus officiosus.**<sup>4</sup> Mendicus<sup>5</sup> claudus<sup>6</sup> ambulat baculo<sup>6</sup> innixus<sup>6</sup>. Discipulus quidam venit

<sup>1</sup> javítóvizsgát tenni = eine Nachprüfung machen = passer l'examen des ajournés    <sup>2</sup> helyett = anstatt = au lieu de    <sup>3</sup> megbukik = durchfallen = échouer    <sup>4</sup> szolgálatkész = dienstfertig = serviable    <sup>5</sup> sánta koldús = ein hin-kender Bettler = mendiant boiteux    <sup>6</sup> mankójára támaszkodva = sich auf eine Krücke stützen = appuyé sur sa béquille

et : «Concedisne — inquit — ut tibi auxilio veniam?» «Quomodo?» — interrogat senex. «Volo portare bacula tua!»

*Ioannes Zágon* disc. gymn. Archiepisc. Budapestinensis.

**7. Hora geographica in quadam schola urbana.**  
Magister pueris explanat, quae differentia sit inter insulam et paeninsulam:<sup>7</sup> Muscam in poculo (in quo aqua est) proponit<sup>8</sup> ante oculos.<sup>9</sup> Musca est nunc insula, quia est undique<sup>9</sup> aquā circumdata. Ponite eandem muscam in poculo, quod lactis plenum est. Nunc est musca paeninsula, quia tantum aliqua ex parte aquā circumdata est.

*Ioannes Sándor* disc. Szeghalomensis.

**8. Judex:** Tu, te defendis, quod cum hoc cochlear<sup>10</sup> furatus es,<sup>11</sup> error fatalis acciderat. Quid est error fatalis ille? — **Reus:**<sup>12</sup> Error fatalis fuit Domine iudex, quod ego credideram hoc cochlear ar genteum esse.

**9. Professor:** Puer horribilis es, Stephane! Semper relinquimus pennam tuam! Quid cogitas, qualis sit miles ille, qui sine armis suis eat in bellum? — **Steph.:** Ille miles maior dux<sup>13</sup> est, ut arbitror.

10. — Nonne, tu es amicus optimus mihi?  
— Certe. Sed pecuniam non habeo.

*Curtius Täuber* disc. gymn. Acad. Budapestinensis.

**11. Inest . . . Iuvenis (ad puellam):** Si liceret me scire numerum telephonicum tuum . . . — **Puella:** Is libro telephonico inest. — **Iuvenis:** Tunc liceret fortasse nomen tuum carum . . . — **Puella:** Id quoque libro telephonico inest . . .

**12. Tres colaphi.**<sup>14</sup> . . . nec plus ferre potui et colaphum ingentem dedi vappae.<sup>15</sup> Mox dedi tertium quoque. — Forsitan secundum! — Non, secundum egomet accepi.

*Ios. Cserépy* disc. Werbőczyani.

<sup>7</sup> félsziget = Halbinsel = péninsule      <sup>8</sup> elképzelní = sich etwas vorstellen = s'imaginer      <sup>9</sup> mindenünné = (von) überall (her) = de toutes parts      <sup>10</sup> kanál = Löffel = cuiller      <sup>11</sup> lopni = stehlen = voler      <sup>12</sup> vádolt = Angeklagter = accusé      <sup>13</sup> tábornok = General = général      <sup>14</sup> pofon = Ohrfeige = giffle      <sup>15</sup> semmirekellő = Taugenichts = vaurien



## LECTORIBUS MEDIIS

### Fiat iustitia!

Fabula sine auctore. Latine redditum: *I. Guelmino.* Budapestinensis.

Vivebat aliquando pistor<sup>1</sup> quidam, qui ius suum semper et ubique defendebat. Accidit, ut quodam die carnem e macello<sup>2</sup> sibi ferri iussit. Cum autem ancilla<sup>3</sup> carnem<sup>4</sup> pondo<sup>4</sup> (libram valentem)<sup>4</sup> domum portavisset, pistorque eam librae<sup>5</sup> inieciisset, obstupefactus<sup>6</sup> videt carnem pondo libram non valere. Videt pondus<sup>7</sup> iustum deesse carni, seque a macellario<sup>8</sup> decipi. Macellarius autem est vir de honestate notus, qui nemini unquam detrimentum intulit. An fallor, inquit in se, et iterum metitur carnem. Et sine dubio caro manca<sup>9</sup> est. Inspicit<sup>10</sup> libram quoque diligentissime: optime fungitur.

«Eh — inquit in se — fiat iustitia!» et apportat carnem ad iudicem. Et ibi macellarium mensurae fallacis accusat. Documento<sup>11</sup> est caro, cui deest pondus rectum. Quid non experiemur<sup>12</sup> in hoc mundo, lamentatur.<sup>13</sup> «Putastine unquam tale quid hunc hominem facere?» — interrogat iudicem. — Igne cremasset digitos potius, quam hoc cuique credidisse. Qui autem credam nisi oculis propriis, illum furem esse?»

Iudex nihil respondit, sed: «Eamus — inquit — ad macellarium!» Et ad eum properabant cum carne. Ut intraverunt, iudex statim inspexit mensuras<sup>14</sup> librae et eas rectas invenit. Tum carnem iniecit librae, eam autem pondere iusto leviorum esse constituit. «Cur tu pistori — interrogat macellarium, — minus carnis emensus es debit?»<sup>15</sup>

Nescio, domine, — respondet macellarius non turbatus, — quomodo hoc fieri possit. Pistor autem mensuram propriam, qua carnem illi

<sup>1</sup> pék = Bäcker = boulanger      <sup>2</sup> mészárszék = Fleischerei = boucherie      <sup>3</sup> szolgáló = Dienstmagd = bonne

<sup>4</sup> egy font húst = ein Pfund Fleisch = une livre de viande

<sup>5</sup> mérleg = Wage = balance      <sup>6</sup> meghökkenve = in Erstaunen gesetzt = ébahí      <sup>7</sup> a súly = Gewicht = poids

<sup>8</sup> mészáros = Fleischhacker = boucher      <sup>9</sup> hiányos = mangelfhaft = le poids n'y est pas      <sup>10</sup> megnézni = untersuchen = examiner      <sup>11</sup> bizonyítékul = Beweis = preuve      <sup>12</sup> tapasztalni = erleben, erfahren = voir      <sup>13</sup> sopánkodni = jammern = se lamenter      <sup>14</sup> mértéksúly = Maß = poids (de la balance)      <sup>15</sup> köteles = gebührend = qu'il ne lui revenait

### Sors iterata.

*Alitum princeps imitator olim  
Daedalus Cretam fugiens misello  
Filio amiso genitor volandi  
Oderat artem.*

*Saeculis lapsis chiliarchus\* ille,\*  
Transvolarat qui mare fortis ingens,  
Flevit abreptum scelerate ocellum  
Famam adeptus.*

*Stephanus Helmezi dr. Zalaegerszegiensis.*

\* Lindbergh (ezredes = Oberst = colonel)

emensus sum, apud me habet. Et illum certe virum iustissimum iudicare debemus.

Tu mensuram meam propriam — exclamat pistor — habes apud te? Quomodo acceperisti, qui nunquam a me acceperisti? ! Et etiam audes suspicionem<sup>16</sup> movere<sup>16</sup> me mensurā fallaci uti solere? ! Profer statim istam mensuram meam!

— Profer ergo mensuram illam! — iubet iudex.

— Libentissime! Hic est domine, — respondit macellarius, et in mensa posuit panem.

Iudex admirationis plenus inspexit panem. Quid tibi vis hoc in pane? — interrogat.

— Ego hodie — dixit ille — panem pondo (libram valentem) a pistore emi iussi. Vix accepi, iam venit ancilla pistoris, ut carnem pondo referret. Et ego, pane utens mensurā, emensus sum carnem pistori. Cui si quid deest ponderi iusto, interroga pistorem, quomodo hoc fieri possit.

Et panis in lancem<sup>17</sup> alteram impositus cum carne aequissime pari<sup>18</sup> momento<sup>18</sup> librabatur.<sup>18</sup>


— Qui, amice, — dixit iudex pistori — ad ius suum defendendum iudice utitur, prius curae ei sit etiam ius alterius servare. Nam, quod tibi iustum, illi aequum. — Et abiit. Abiit pistor quoque, aegerim sentiens se eodem modo puniri, quo peccaverit.

<sup>16</sup> gyanút kelt = Verdacht erregen = éveiller le soupçon <sup>17</sup> a méreg serpenyője = Wagschale = le plateau de la balance <sup>18</sup> egyensúlyban van = sich im Gleichgewicht halten = être en équilibre

## Sponsio.

Scripsit E. Trost. In Latinum convertit O. Suszter Zalaggerszegiensis.

Iusto Liebig (chemicorum Germaniae vel maximus a. 1803—1873) in universitate Bonnensi discente eandem universitatē frequentabat etiam quidam iuvenis e comitibus<sup>2</sup> X, qui iuris prudentiam discepbat se ad officium<sup>3</sup> legatorum<sup>3</sup> publicorum<sup>3</sup> praeparaturus. Vel — rectius dictum — haec ei discenda erat. Comes X. ditissimus erat, sed insolens et



origine suā superbissimus. «Ego sum comes X.» dictabat quāque occasione et ideo omnes ceteri oderunt eum discipuli. Comes iuvenis noster in idem thermopolium<sup>4</sup> ad prandium devertere coepit, ubi Iustus Liebig cum sodalibus convenire solebat, quare hi minime laetabantur. Praesertim Iustui Liebig ei irascebatur et illum aditu thermopolis arcere decrevit. «Quo pignore tecum — inquit — sponsonem facere<sup>5</sup> velitis eum a me hinc expulsum iri?»

«Cerevisiā<sup>6</sup> in orbem<sup>6</sup> eunti<sup>6</sup>» responderunt amici rideantes.

«Recte est!» Postridie intravit, ut solebat, comes iuvenis thermopolium. Ille ex equitatione matutinā<sup>7</sup> venit, lenti passibus pergrdiebatur oecum<sup>8</sup> et denique magno cum strepitu se in sedile deiecit. Pedes distendit et monoculo stricte oculo applicato virgā equestri splendidum caligarum<sup>9</sup> marginem pulsatabat. «Puer!»<sup>10</sup> exclamavit ille voce nasali. Pincerna<sup>10</sup> subito advenit cum indice ciborum. «Recita in dicem».

Pincerna oboediens recitare coepit: «Frigida gallina assa.»<sup>11</sup> — «Nihil aliud?» — «Salmo.»<sup>12</sup> — «Nihil aliud?» — «Ovum coctum in poculo et perna.»<sup>13</sup> — «Nihil aliud?»

Hoc modo continuabatur colloquium. Mox comes omnia contempnens exclamavit: «In hoc atro nido nihil inveniri potest... Sed tamen appone mihi gallinam frigidam!» Tum Iustus Liebig subito surrexit et celeriter disparuit, sed paulo post rediit vestimentis equestribus amictus et oculo dextro monoculo ingenti applicato. Is quoque lente pergrdiebatur thermopolium et iuxta comitem consedit. Longis pedibus distensis angulisque oris superbe demissis<sup>14</sup> et marginem caligarum virgā equestri verberare incipiens vocem comitis superbi imitans exclamavit: «Puer!» Pincerna attulit indicem ciborum. «Recita!»


«Frigida gallina assa.» — «Nihil aliud?» — «Salmo.» — «Nihil aliud?» — «Ovum coctum in poculo et perna.» — «Nihil aliud?»

Comes iuvenis noster semper iracundior hoc colloquium auscultabat, mox sedili exsiluit et Iusto Liebig obstrepuit: «Quanta audacia! Ego sum comes X.»

Liebig monoculo suo strictius oculo accomodata et oblique comitem despiciens voce nasali ait: «Nihil aliud?» Totum sonabat thermopolium hilari discipulorum risu.

«Euge<sup>15</sup> Liebig!» clamabant omnes. Comes iuvenis vultu rubro se proripuit et nunquam postea ibi videri poterat. Iustus Liebig sponsione vitor pignus certaminis nactus est.

<sup>1</sup> fogadás = Wette = pari <sup>2</sup> gráf = Graf = comte <sup>3</sup> diplomáciai pálya = diplomatische Karriere = carrière diplomatique <sup>4</sup> kávéház = Kaffeehaus = café <sup>5</sup> fogadni = wetten = parier <sup>6</sup> egy korsó sort fizet a vesztes mindenkinék = es geht um eine Runde = à une tournée <sup>7</sup> hajnal = Morgen = de matin <sup>8</sup> helyiségek = Lokal = salle <sup>9</sup> csizma = Stiefel = botte <sup>10</sup> pincér = Garçon = garçon <sup>11</sup> sült = Braten = rôti <sup>12</sup> lazac = Lachs = saumon <sup>13</sup> sonka = Schinken = jambon <sup>14</sup> lebígyeszteni = herabziehen = faire la moue <sup>15</sup> bravo!



Campio spectaculorum glacialium (luce pinxit  
br. Tib. Tallián)

### III. Scientia Nandi temptatur.

*Der Nant.* Eine lustige Studentengeschichte vom Reim-michl. Verlagsanstalt Tyrolia Innsbruck. 1929. Latine reddit Aenarius presb. S. V. D. Tirschenreutensis.

Tum Nandus properavit ad matrem et ovans narravit: «Bene ego respondebam, mater. Decanus dixit me esse omnium sapientissimum et me oportere capessere studia. Scin', quid sim futurus? Ero parochus». <sup>31</sup>

Et mater quidem laeta exceptit sermonem. Sed delato ad patrem consilio is primo verbo plastrum percudit: «Tēne parochum? In placentarium catino<sup>32</sup> tu quidem eris parochus. Me tu, si inchoares studia, re<sup>33</sup> mea fraudares,<sup>34</sup> et futurus esses, quam es, nequior. Non erit l<sup>o</sup>. Et cum mater Nandum adiuvare vellet, pater ira motus: «Hoc adhuc defuit tibi, stulta, arbitrari te istum machinatorem aliquem futurum esse. Vappa est, inquam, et erit vappa».

Et mater quidem obortis lacrimis exiit. Nandus autem aliam viam meditans: «Ego inquit, adibo parochum. Is certe etiam patrem ex invito mollem reddet.» Sed antequam accederet ad parochum, ut augeretur animus, summa horti consensā piro exultans super tecta vociferatus est. Cum descendisset, facies ardebat ut paeonia,<sup>35</sup> nares habebat campanulatas,<sup>36</sup> in bracis ad genu magna erat scissura. Tum demum venisse tempus ratus ad parochum perrexit, rem pudenter suam exposuit. Parochus puerum aliquantis per<sup>37</sup> super perspicillum<sup>38</sup> intuitus dixit: «Haud tu sane,<sup>39</sup> id quod nuper in examine cognitum est, crassa<sup>39</sup> Minerva<sup>39</sup> te ad studia applies.<sup>39</sup> Sed nunc abi domum et curā, ut emungaris,<sup>40</sup> et bracae ut resarciantur. Cetera curae erunt mihi». Neque multo post parochus venit ad patrem Nandi brevique rem Nandi cum eo confecit. (*Finis.*)

<sup>31</sup> plébános = Pfarrer = curé <sup>32</sup> tál = Schüssel = plat  
<sup>33</sup> vagyon = Vermögen = fortune <sup>34</sup> elprédálni = um etw. bringen = dissipieren <sup>35</sup> bazsarózsa = Pfingstrose = pivoine

<sup>36</sup> scillitet: muco pendente [mucus = takony = Rotz = morve] <sup>37</sup> egy darabig = eine Zeit lang = pendant quelque temps <sup>38</sup> szemüveg = Brille = lunettes <sup>39</sup> a legbutább nem volnál = der Dümmste wärst nicht = tu ne serais pas le plus imbécile <sup>40</sup> orrát kifújni = ausschneuzen = se moucher

### Memorabilia quaedam belli Hispanici.

J. M. Jimenez C. M. F. Alabonensis (Zaragoza.)

Dulce et deco rum est pro patria<sup>mori</sup>  
(Hor. Od. III. 2. 13.)

Cum facta de bello civili apud Hispanos clarius sole pateant, facere non possumus, quin admireremur judicia adeo inter se opposita, quae in actis<sup>1</sup> diurnis<sup>1</sup> quarundam nationum appareant. Manifestum est enim, quaenam sint communistarum facinora: nil humani, nil sancti, neces, ruinae. Vestes, tabulae,<sup>2</sup> signa,<sup>2</sup> opes omnes raptae, incensae vel projectae sunt; civitates direptae ac deletae; templa fragore magno impie destructa; homines gregatim<sup>3</sup> tum ex magnis et opulentis turribus,<sup>4</sup> tum ex humilibus tuguriis<sup>5</sup> extracti, actatis sexusque promiscui, aut ad infinitatem operis<sup>6</sup> servilis<sup>6</sup> conclusi aut ad mortem adducti. Quorum nonnullos cognoscimus, qui non nisi post magnos cruciatu perierunt, nonnullos, qui adhuc vivi obruti<sup>7</sup> sunt in foveis,<sup>8</sup> nonnullos, qui cruce confixi, aut igne consumpti sunt. Sed sunt, qui aut haec facta ignorant, aut ea ignorare praesumant. Tamen nihil amplius de infestis ac sceleratis hominibus, qui contra patriam dimicant. Placet potius eorum gesta celebrare, qui patientissime sustinent, quidquid patria jubet pati, non cunctantes mortem pro patria oppetere. Ex opere, qui inscribitur «Los de siempre» ab Antonio Pérez de Olaguer scripto, nonnulla compendiose referam.

1. Crure amputato essedarius<sup>9</sup> esse vuit. Raymundus Martinez Rieu miles traditionis, in vehiculo infirmorum ad nosocomium<sup>10</sup> semivivus adportatur. Medici et valetudinarii,<sup>11</sup> ubi eum primum inviserunt, se vulneribus mederi posse desperarunt. Crus amputare, haec una via salutis erat. Opere a chirurgis jam incepto, ipsi de adversa fortuna militis narrantes, qui virtute summa pro patria certaverat, inter se lugebant: eum enim sensuum<sup>12</sup> perceptione<sup>12</sup> carere<sup>12</sup> putabant. Sed tunc miles forti virilique animo: «Quid dubitate? — ait — caedite et amputate: ego enim nec minimam querelam proferam. Deo tantum corpus obtuleram, ipse vero crure tantum contentus est. Non est quod querar». Paucis post hebdomadis<sup>13</sup> baculorum<sup>14</sup> seu adminiculorum<sup>14</sup> ope procedens, praefectum

<sup>1</sup> hírlap = Zeitung = journal <sup>2</sup> festmény, szobor = Gemälde, Standbild = peinture, statue <sup>3</sup> csapatoknál = scharenweise = en masse <sup>4</sup> palota = Palast = palais <sup>5</sup> viskó = Hütte = cabane <sup>6</sup> kényszermunka = Zwangsarbeit = travaux forcés <sup>7</sup> eltemetni = vergraben = enterrer <sup>8</sup> gödör = Grube = fosse <sup>9</sup> szekerész = Fuhrwesen = soldat du train <sup>10</sup> kórház = Lazarett = ambulance <sup>11</sup> ápoló = Krankenpfleger = infirmier <sup>12</sup> érzékszervei nem működnek = seine Sinnesorgane funktionieren nicht = les organes des sens ne fonctionnent pas <sup>13</sup> hét = Woche = semaine <sup>14</sup> mankó = Krücke = béquille

militum adiit, cui ait: «Domine, pro aris et focus  
dimicans crus unum amisi: nunc vero, chirurgica  
sectione optime superata,<sup>15</sup> iterum ad bellum paratus  
sum. Pedester aut equester miles esse nequeo, esse-  
darius tamen esse possum: nam ut essedum regam,  
ambobus cruribus non est opus».

<sup>15</sup> átesni vmlin = überstehen = subir Finis sequetur.  
=====

## Münchhausen atque larva<sup>1</sup> castelli.

Scripsit O. G. Foerster. Latine reddidit Ludovicus Nyers e Sch. P. Kecskemétiensis.

Vir<sup>2</sup> perillustris<sup>2</sup> Lonsdale Britanniae Münchhausen putabatur. Ingenium eius aptum ad casus<sup>3</sup> mirabiles excogitandum<sup>4</sup> superari haud potuit. Ali quando venit Lonsdale hospes in castellum antiquum, quod parte Scotiae Hochmooren vocata situm est. Dominus castelli nuntiavit in cubiculo<sup>5</sup> turris castelli unum ex suis maioribus nocte deambulare<sup>6</sup> assuevisse, quamobrem neminem in hoc cubiculo morari. Lonsdale statim professus est<sup>7</sup> se in hoc cubiculo larvarum pernoctare<sup>8</sup> atque umbram repellere. Se iam innumerabiles larvas expulisse, dixit, atque iuvare<sup>9</sup> sese<sup>9</sup> casibus suis mirabilibus novum addere. Dominus castelli assensit<sup>10</sup> ac viro perillustri Lonsdale in cubiculo turris lectum<sup>11</sup> sterni<sup>11</sup> iussit.<sup>11</sup> Vir Britannicus revolverum pulvino<sup>12</sup> capit<sup>12</sup> supposuit. Sed mediā nocte repente somno excitatur. Cubiculum luce pallida lunae impletum erat atque in cubiculo susurrum<sup>13</sup> insolitum audiri posse visum est.

Vir cepit revolverum ac intentus spectabat longe lateque. Repente apud pedem lecti manūs vidit.



Levavit revolverum atque exclamavit: «Manus aufer aut globulum<sup>14</sup> mitto!» Manus larvae loco se non moverunt, sed aliquantulum tremere visi sunt. Lonsdale tria numeravit, deinde glandem<sup>14</sup> misit<sup>14</sup> . . .

Dominus castelli atque ceteri hospites fragore<sup>15</sup> somno excitati sunt. Expectatione<sup>16</sup> pleni<sup>16</sup> ruebant in cubiculum turris. Unus ex servis lampadem tulit secum. «Umbram glande necavi!» clamabat Lonsdale superbe. «Sed mihi misere pedes morsu<sup>17</sup> violavit.<sup>17</sup> » Ceteri appropinquant. Spectaculum mirabile visu erat, quod viderunt. In lecto iacebat Lonsdale. Pedes

eius eminuerunt super opertorium<sup>18</sup> nimis breve lecti. Sed dextri pedis pollex<sup>19</sup> erat glande perforatum.

<sup>1</sup> szellem = Gespenst = revenant <sup>2</sup> lord = kalandok = Abenteuer = aventure <sup>3</sup> kigondol = ersinnen = inventer <sup>5</sup> szoba = Zimmer = chambre <sup>6</sup> jár-kel = herumwandeln = se promener <sup>7</sup> ajánlkozni = sich erbieten = s'offrir <sup>8</sup> éjjelezni = eine Nacht verbringen = passer une nuit <sup>9</sup> örömet okoz neki = es sei ihm ein Vergnügen = cela lui fait plaisir <sup>10</sup> beleegyezni = einwilligen = consentir <sup>11</sup> ágyat vettet = ein Lager aufschlagen = préparer un lit <sup>12</sup> fejvánkos = Kopfkissen = oreiller <sup>13</sup> susogás = Raunen = murmur <sup>14</sup> lőni = schießen = tirer <sup>15</sup> durranás = Knall = détonation <sup>16</sup> feszült várákozással = erwartungsvoll = plein d'attente <sup>17</sup> beleharap = in etwas beißen = mordre <sup>18</sup> takaró = Bettdecke = couverture <sup>19</sup> hüvelykujj = die große Zehe = orteil



**Calamitates.** In urbe Buchuresto incendio theatrum «Vox» devastatum est. Spectatores non nisi pileis amiculisque<sup>1</sup> summis<sup>1</sup> in vestiario<sup>2</sup> relicitis vitam servare potuerunt, sed foris in via vim frigoris 15° pati debuerunt. — In Italia lapsus<sup>3</sup> montis<sup>3</sup> ad Civitellam (in provincia Romagna) nonnullas domos adeo compressit, ut in ruinis 19 cadavera invenirentur. — Tota fere Europa acriore<sup>4</sup> frigoris<sup>4</sup> vi<sup>4</sup> riget, <sup>4</sup> qua<sup>5</sup> multi esse iam confecti<sup>5</sup> undique nuntiantur. Etiam caligo et procellae<sup>6</sup> hibernae<sup>6</sup> ubique calamitatum causae sunt. Navis, qua Michael heres regni Rumaniae per Pontum<sup>7</sup> Euxinum<sup>7</sup> Athenas vehebatur, undis adeo iactabatur, ut filius regius navigatione omissa<sup>8</sup> in portum Constantianam rediret et viā ferrata<sup>9</sup> Athenas proficeretur. Lupi autem esurientes<sup>9</sup> in montibus Rumaniae in vicis catervatim irrumpere audent et nec pecori nec homini parcunt. Aéroplanum F—AMYD societatis Aeriae Franco-gallicae (Air France) Vindobonā relictā priusquam Pragam adveniret, in caligine lucem non transmittenti illisum<sup>10</sup> arbri decidit, aviator autem et radiotelegraphista<sup>11</sup> et vector mortui sunt. — Frequentia<sup>12</sup> automobilium in urbe Neo-Eboraco<sup>13</sup>

<sup>1</sup> felsőkabát = Überrock = surtout <sup>2</sup> ruhatár = Garderobe = vestaire <sup>3</sup> hegycsuszamlás = Bergrutsch = éboulement de terre <sup>4</sup> dermesztő hideg uralkodik = es herrschtschneidende Kälte = il gèle à pierre fendre <sup>5</sup> megfagyni = umkommen = périr <sup>6</sup> téli viharok = Winterstürme = tempêtes d'hiver <sup>7</sup> Fekete-tenger = das Schwarze Meer = la mer Noire <sup>8</sup> abbahagyni = aufgeben-interrompre <sup>9</sup> éhségükben = hungrig = affamé <sup>10</sup> beleütközni = anschlagen an etw. = heurter contre <sup>11</sup> szikrátávirász = Funker = radiotélégraphiste <sup>12</sup> forgalom = Verkehr = circulation <sup>13</sup> New York

diebus festis nativitatis<sup>14</sup> Domini<sup>14</sup> tanta erat, ut 280 hominum propter automobilia vitam amitterent. — Domus<sup>15</sup> mente<sup>15</sup> captorum<sup>15</sup> Montre-domensis (in Gallia) propter circuitum<sup>16</sup> curtum<sup>16</sup> flammis correpta est. Dum incendium vigiles<sup>17</sup> aegre exstingere potuerunt, aegrorum<sup>18</sup> animi<sup>18</sup> multi effugerunt, alii in flammis perierunt. — In Japonia tectum theatri umbrarum semoventium (vulgo : cinematographi) immenso nivis onere gravatum<sup>19</sup> corruit et spectatorum 70 vitâ privabantur. — In Monte Nivoso (Schneeberg in Austria) nives<sup>20</sup> incredibili celeritate devolutae<sup>20</sup> viatores<sup>21</sup> voluptuarios<sup>21</sup> oppresit, quorum 5 mortui sunt.


**Tabula mortuorum.** Germani lugent obitum Ericii Ludendorff (1865—1937), cuius nomen in bello gentium expeditio<sup>22</sup> furtiva<sup>22</sup> clarum fecit, cum solo adiutore comitante portam capulo<sup>23</sup> gladii<sup>23</sup> pulsans arcis Leodii<sup>24</sup> defensores obstupefactos iussit arcem dedere. Mox summus militiae dux factus est. — Amatores artis musicae ubique dolent de Mauro Ravel auctore musico franco-gallico amisso, cuius operibus (Bolero, etc.) quis est, quin saepe delectatus sit? — De Gustavo Dalen autem, cui cognomen «caecus<sup>25</sup> Edison Sueciae» inditum est, proxime quae prof. Bellissima de eo nobis scripsit, edituri sumus.

**Res bellica. Japonenses** in dies magis Sinenses reiciunt, quin<sup>26</sup> etiam<sup>26</sup> Europaeos neglegunt. Sic nuper etiam naves Britannorum et Americanorum demerserunt. Auctoritas Europaeorum in Japonia multo minus valet. Antea enim civis Britannus aut Americanus volatus statim classi<sup>27</sup> impetum<sup>27</sup> comminant<sup>27</sup> iniuriam sibi illatam ulcisci poterat. Quod nunc nec Britanni, ne Mare<sup>28</sup> Internum<sup>28</sup> Italica praeda sit, neque Americani, ne optimos emptores amittant, facere audent. — *In Hispania* nationalistae oppidum Teruel ab hostibus circumdatum nondum sibi recuperaverunt. — Arabum sedatio et impetus quotidiani effecerunt, ut *divisio Palaestinae* in tres partes differretur.<sup>29</sup>

**Nuntii alii.** Italia societatem nationum reliquit, quae nunc multo minoris momenti<sup>30</sup> est, nam praeter Britanniam et Francogalliam et Russiam nullae civitatum<sup>31</sup> potentissimarum<sup>31</sup> in societate manere voluerunt. — *Communistae* francogallici foedus cum Ecclesia catholica contra regna dictatorum icere conati sunt, quod consilium tamen repudiatum est, nam Ecclesia vastatores temporum, percussores<sup>32</sup> sacerdotum, hostes Dei amplecti non potest. — *Hiberni*<sup>33</sup> die 29. m. Decembri novâ formâ<sup>34</sup> civitatis uti incepérunt et in locum regis Britanniae praeisdem reipublicae sibi creabunt. — *In Hungaria* hoc novo anno vaccinatio<sup>35</sup> obligatoria contra diphtheriam imperata est. — *Regina* Britannorum mercatui<sup>36</sup> caritativo<sup>36</sup> ante nativitatem Domini etiam ipsa venditrix aderat atque merces diversas 500 libris<sup>37</sup> sterlingicis vendidit. Emptor minimus puer 4 annorum matri donum crateram<sup>38</sup> vitreum tribus libris sterl. emit. — Arbor nativitatis Domini maxima in urbe Sancto Francisco erecta esse dicitur. Arbor 70 metrorum in silvis Californiae electa in duas partes pares secata sensoribus<sup>39</sup> silvarum<sup>39</sup> assistantibus in insulam, ubi expositi mundana a. 1939 instituerunt, transportata est. Vesperi sancto arbor ingens splendore innumerabilum lumen ornata iam e longinquō admirationem spectatorum movit. — *Schuschnigg* cancellarius Austriae et *Ciano* comes

minister rerum exterarum Italiae foederis renovandi causa Budapestinum advenientes consensu et acclamatiōne<sup>40</sup> omnium accepti sunt.

<sup>14</sup> karácsony = Weihnachten = Noël <sup>15</sup> tébolyda = Irrenanstalt = asile d'aliénés <sup>16</sup> rövidzárlat = Kurzschluss = court-circuit <sup>17</sup> tűzoltó = Feuerwehr = sapeur-pompier



Ascensus periculosus.

<sup>18</sup> elmebeteg = geisteskrank = aliéné <sup>19</sup> súlya alatt = unter der Last = sous le poids <sup>20</sup> lavina = Lawine = avalanche <sup>21</sup> turista = Turist = touriste <sup>22</sup> rajtaütés = Handstreich = attaque brusquée <sup>23</sup> kardmarkolat = Degenknauf = poignée de sabre <sup>24</sup> Lüttich = Liège <sup>25</sup> vak = blind = aveugle <sup>26</sup> sőt = sogar = même <sup>27</sup> flottatüntetés = Flottendemonstration = démonstration navale <sup>28</sup> elhalaszt = verschieben = ajourner <sup>29</sup> jelen-tőségű = von Bedeutung = d'une importance <sup>31</sup> nagyhatalom = Großmacht = grande puissance <sup>32</sup> gyilkos = Mörder = meurtrier <sup>33</sup> Irország = Irland = Irlande <sup>34</sup> alkotmány = Verfassung = constitution <sup>35</sup> védőoltás = Schutzimpfung = vaccination <sup>36</sup> jótékonyiségi vásár = Wohltätigkeitsverkauf = foire de charité <sup>37</sup> font = Pfund = livre <sup>38</sup> vulgo : bowle <sup>39</sup> erdőmérnök = Forstingenieur = ingénieur <sup>40</sup> éljenzés = Beifallrufen = acclamation

## Caesarem a Cicerone hospitier exceptum esse. (5)

Ad fabulam Th. Birtii latine libere tradidit Aemilius Láng  
O. Praem. Keszthelyensis.

Cicero concito gradu ad Tironem se proripuit, cui dixit: «Sume stilum ceratamque tabulam et fac citissime scribas ad Atticum!» Tiro dicto audiens scripsit, quae dominus ad amicum intimum animo concitato dictabat:

«Cicero suo Attico S.

Succurre malis nostris! Iam pridem nihil omnino exspectamus, nisi miserum. Sed hoc perditius, in quo nunc sumus, fieri nihil potest. Uxor nobis exitio est. Libera, quaeso, libera nos hac ad maximas aegritudines accessione non minimā. Valeutto nostrarē Tulliolae nos vehementer sollicitat et tussisse Tironem graviter infestat. Quid, quod laus nobis in dies detrahitur! Honestissime viximus, floruiimus, sed nunc iam occidimus,<sup>1</sup> Attice, occidimus. Caesarem hospitio apud nos excipiemus, quam ob rem Terentia nos semper irridet atque invectionibus acerbis irritat. Quae animi duri nequit nobis intime uti, nos autem molles et placidos esse tibi haud ignotum. Quid faciamus? Repudiemus<sup>2</sup> uxorem? Suscipe, quaeso, totum negotium. Apud illam gratiā opus est nobis tuā, tuaque auctoritate. Facies<sup>3</sup> ut<sup>4</sup> videbitur.<sup>5</sup> Scimus enim si quid nostrā intersit, tibi maiori curae solere esse, quam nobis. Totos dies consumimus in litteris. Neque tamen scriptio et literae leniunt. Quodsi esset aliquod levamen, id esset in te uno et cum primum ab aliquo poterit esse, a te erit. Exoro te, ut in hac tabula stilum<sup>6</sup> vertas,<sup>7</sup> ne una quidem literula remaneat. Vale!

Tiro dein veredarium<sup>8</sup> vocavit, quem cum tabula Romam misit. Quibus peractis omnes in bibliotheca rursus intermissio operi se accinxerunt, Cicero autem novam partem de virtute inchoabat:

«Ut obscuratur et offunditur<sup>9</sup> luce solis lumen lucernae et ut interit magnitudine maris Aegei stilla<sup>7</sup> muriae<sup>7</sup> et in divitiis Croesi teruncii<sup>8</sup> accessio et gradus unus in ea via, quae est hinc in Indianum: sic omnis rerum in corpore sitarum aestimatio splendore et magnitudine virtutis obscuretur et obruator atque intereat necesse est.

Gravem Ciceronis vocem suavitatem remittebant parietes, cum subito in faucibus clarā voce inclamare coepit puer horam nonam esse. Eodem tempore auditur de via tumultuosus clamor: fremitus equorum, strepitus rotarum, flagra resonantia et clamitatio hominum. Librarii notariique velut<sup>9</sup> mente<sup>9</sup> captā<sup>9</sup> exsiluerunt de sellis, ut et ater eversi atramentarii humor effusus fuerit. Cicero ex bibliotheca opinione celerius adfuit in portico in D litterae similitudinem circumacto, ut J. Caesarē comitatumque eius exciperet. Terentia iam aderat cum familia<sup>10</sup> et hospitem rite et frigide, sed summa cum urbanitate salutavit. Cicero subito trepidus pedem revocavit et rubore suffusus magnae perturbationis notas prae se ferebat, nam adverso pectore tunicati magna atramenti macula nigricabat, quam cum frustra abstergeret, in cachinnos effusus accessit ad Caesarem et «Salvere te iubeo», — inquit — excusatum me habeas, quod discinctus te excipio. Verumtamen salve, salve!

Caesar pronus breve osculum labiis Ciceronis

impressit, quod animum eius totum perturbavit. Nam mos osculandi apud reges Asiaticos vigebat, qui aulicos<sup>11</sup> sibi acceptissimos solebant osculis distinguere et honorare. Etiam Caesar quasi rex ex Asia venit! Qua re moleste affectus avertit se Cicero et «Tuā veniā, — inquit, — me toga amicam.» At Caesar retinuit eum simulque linea menta oris, quae sescentas fecerant rugas asperas, mollescebant et sensim explicata sunt. «Licetne<sup>12</sup> pauca?» — inquit. — Permitte primum, quaeso, ut tibi gratias agam, quod licuit per te hoc advenire. In domo Tullii belli atque reipublicae obliviae licebit. Me togatum sine ferro venisse vides. Dulce est inter amicos numerare posse te et Brutum, quo et tu amico uteris, Brutum, quem in itinere nactum cum aliis tibi notissimis viris tecum duxi.»

Cicero sex tribunos militum, qui cum Caesare venerant, nominatim salvere iussit. Post stabat integra decuria calonum. Caesar togā purpureā amictus omnes viros, qui aderant, capite supere minuit. Quem proceritate corporis, industriā agendi, summā ingenii vi et tuto habitu augustō verum esse regem facile credideris. Post tergum eius stabat Brutus, iuvenis formā egregius cirris<sup>13</sup> fuscis,<sup>13</sup> loquaci voltu, mollibus genis, oculis subnigris parum somniantibus,<sup>14</sup> tamen nimis argutis. Ciceroni solatio erat, quod Brutus advenit, itaque et ceteros hospitaliter exceptit, in quibus erant et Vendidius et Mamurra, homines novi tenui loco, quibus Cicero summam sui admirationem iniecat esse libenter ferebat. Mamurra ingeniosus praefectus tormentarii erat vir levis, qui luxuriā diffuebat. Lacerna eius tenui texturā, quam levissimā aurā de scapulis<sup>15</sup> sublatum iri credas, decorē confluctuabat. Cuius texti versicoloris tenues umbrae tam parvi discriminis erant, qualis arcus, percussis solibus ab imbre, solet inficere caelum: in quo mille colores diversi cum niteant, ipse tamen transitus spectantes oculos fallit.

Caesar ad Terentiam versus: «Pro eo, quod exspectatione citius adveni, — inquit, — veniam a te petitam impetratamque velim. Excusatum me habeat, quod ex longo itinere redii.»

— Celerritatem Caesaris admirabilem esse quis nesciat, — respondit extemplo Cicero, ut Terentiae succureretur.

— Est, uti dicis, — interfatur Mamurra. — Hice venit, vidit, vicit. Quod cum hostibus, tum hospitibus haud ignotum est.

Omnis prope attoniti repente conticuerunt. Cicero primus silentium rupit: «Velim edoceas me,

<sup>1</sup> végem van = es ist aus! mit mir = je me meurs ! c'en est fait de moi! <sup>2</sup> elválni vkitől = sich scheiden von ... = divorcer de, répudier <sup>3</sup> tégy legjobb belátásod szerint = handle nach deinem besten Gutdünken = fais comme bon te semblera <sup>4</sup> semmisítsd meg az írást = vernichte das Geschriebene = efface l'écriture <sup>5</sup> lovastorta = Postreiter = courrier <sup>6</sup> elsötétedik = wird verfinstert = pálit <sup>7</sup> egy csepp sósviz = ein Tropfen Salzwasser = une goutte d'eau salée <sup>8</sup> egy as nagyedrésze = ein Viertel as (filler = Heller) = le quart d'un as <sup>9</sup> szinte eszüket vesztve = wie von Sinnen = tout affolés <sup>10</sup> csalédség = Dienerschaft = le personnel <sup>11</sup> udvari emberek = Hofleute = courtisan <sup>12</sup> szabad egy szóra? = gestattest ein Wort? = Puis-je vous dire un mot? <sup>13</sup> barnafürtű = braunlockig = aux cheveux châtaignes bouclés <sup>14</sup> álmordozó = versonnen = rêveur <sup>15</sup> váll = Schulter = épaule

num praediolum tuā voluntate sit milite circumventum?»

— Haud dubie meā, — respondit Caesar, — quia misera plebs, quo me cunque verto, semper me prosequitur. Noli, queso, verba mea perperam<sup>16</sup> interpretari. Si fama percrebruerit me apud Ciceronem advenisse, maligna turba hominum omnis aevi me videndi cupidorum undique affluet. Commeatum igitur intercludi iussi, ne tibi incommodarent.

Quantum officium!<sup>17</sup> Caesar oculos circumferens voce asperā dixit: «Calidā lavari cupio!» Ciceronem adfuisse ad imperandum crederes. Reptente tamen Caesar voce leniore perrexit: «Credere velim hypocausim<sup>18</sup> esse calefactam neque ullam exhibitorum esse hoc molestiam.

— Semper calefacta est, semper, — affirmabat Cicero paene serviliter. — Uttere, queso, et servis nostris.

— Benigne,<sup>19</sup> — respondit Caesar, — servos mecum duxi. Simulque innuit Arabi et Aethiopi, hominibus oculorum torvitate terribilibus, qui veste acriter cocineā<sup>20</sup> et crocea<sup>21</sup> erant induiti.

Caesar veloci oculo rursus percurrebat porticum et Modesta munde nitideque vestita, quae una cum marito columnas frondibus ornabat ocellisque suis loquacibus in Caesare stupebat, primo aspectu admirationem eius excitavit. Sed priusquam se ex stupore colligeret, Terentia salute datā redditāque cum illa repente discessit.

Uxor Ciceronis alta,<sup>22</sup> sed durius incidebat lentis passibus; stola eius cumatilis<sup>23</sup> auro plumata ad imos usque pedes erat demissa, cuius extremam partem instita<sup>24</sup> subsuta ambiebat. Coma in suggestum composita margaritarum<sup>25</sup> linea<sup>26</sup> erat substricta. Collum monili aureo ornatum erat absque auribus elenchi<sup>26</sup> pendebant. (Continuabitur.)

<sup>16</sup> félre = falsch = à tort    <sup>17</sup> udvariasság, figyelem = Höflichkeit = politesse, obligeance    <sup>18</sup> fűtőcsövek = Heizröhre = tuyaux de chauffage    <sup>19</sup> lekötelezel = sehr verbunden = bien obligé    <sup>20</sup> skárlátvörös = scharlachrot = écarlate    <sup>21</sup> sáfránysárga = Safrangelb = jaune safran    <sup>22</sup> emelt fövel = den Kopf hochtragend = la tête haute    <sup>23</sup> tengerszinű = meerfarbig = couleur d'eau de mer    <sup>24</sup> fodros szegely = Besatz = bordure    <sup>25</sup> gyöngyfűzér = Schnur Perlen = cordon de perles    <sup>26</sup> nagy körtelakú gyöngyfülbevaló = eine große birnenförmige Perle als Ohrgehänge = une grosse perle piriforme servant de boucle d'oreille

## LECTORIBUS MAIORIBUS.

### Vivum Latinum:


Congressus amicorum latinitatis internationalis, ut Budapestini una cum Congressu Eucharistico fieret, dr. Theodorus Philips aliique proposuerunt. Sed statuta legesque iubent socios Congressum Eucharisticorum per hos dies nullis aliis rebus nisi sacris faciendis adesse atque operam dare. Eo magis gaudendum est, quod congressus latinus ab Instituto Studiorum Romanorum Romae instituetur. Praeses enim Instituti, Carolus Galassi Paluzzi,

propugnator latinitatis doctissimus haec ad moderatorem «Iuentutis» scripsit: «Noi pensiamo realmente a bandire un congresso internazionale per promuovere il rifiorire dell' uso e dello studio della lingua latina; occorrerà tuttavia attendere ancora alcuni mesi per prepararlo in maniera adeguata. »Ephemeris nostra lectores de omnibus rebus ad congressum latinum pertinentibus certiores faciet.

Nos latine cantamus. Hic erat titulus vocum concentus a choro discipulorum gymnasii Acad. Vindobonensis duce Ruperto Corazza in auditorio Societatis Populo Erudiendo «Urania» editi. Ante concentum socius noster perillustris Otto Schmied scholas de carminibus latine redditis atque de volubilitate linguae latinae habuit. Auditorium medium «Uraniae» non omnes capere potuit, qui audituri erant. Quia etiam schola concentusque magnopere placuerunt, totum programma mense Martio repetetur. Magistra scholae cuiusdam, e qua una sola disciplula interfuerat, narravit deinde hanc tam inflammantem de concentu retulisse, ut tota classis proximo concentui Latino interesse constitueret.

Novum periodicum latinum ex America accepimus, quod inscribitur: «Inter nos, libellus editus a senioribus studentibus in schola superiore Calvertana, Tiffin — Ohio» Collegis novis omnia laeta et felicia optamus et ominamur.

Ineunte novo anno 1938 multi sociorum moderatorem «Iuentutis» latine salutaverunt, quorum exempla pul-



Tabellarius Calendis Jan.

cherrima hic eduntur. Doc. M U Dr. Fr. Lenoche Pragensis haec scripsit: «Ad Christi Natalem redeuntem, quidquidominor ipsi, dominor et Tibi. Nec minus precor, ut *novus annus* ad auspiciatum finem omnia Tibi perdurat, quae perducere negavit annus praeteritus. — Ab doctore Michaelae Sandler Jaroslavensi haec pulchra verba accepimus: «Simil ego tuae amplitudini in hunc Novum Annum instantem optoominorque omnia laetissima faustissimaque,

pariterque optimis prosequor omnibus ephemeridem «Iuentus» exoptans, ut per multos annes floreat, crescat, augeatur ad studiorum humaniorum scientiarumque incrementum, ad salutem Hungariae, patriae suea celeberrimae, atque ad totius iuentutis studiosae utilitatem. Totus Tuus Dr. Michael Sandler.» — Dr. Carolus Flesch autem Reichenavensis chartam vetere atque nova domo sua (1762—1937) illustratam misit his versibus bilinguis: «Anbei das neue Haus beschau — Es war einmal ein morscher Bau — Nunc aedes est compacta — E fragili vetere facta.» Idem etiam haec scripsit: «Die festivo Sanctorum III regum, moderator ornatissime, Tibi e longinquio a sede mea nova mitto dona auri, quod est operum successus, turis, quod est honoris amplitudo, myrrhae, quod est labor cotidianus vivificans. Fulgeat stella Tibi jugiter favorabilis! Vive valeque in Domini gratia!» — Ottoni Schmied autem, censori aenigmatum nostrorum Aemilius Gaar praeses societatis philologorum veterum Vindobonensis hoc votum etiam titulo sepulcrali dignissimum misit:

AMICO SODALIQVE CARISSIMO  
MAGISTRO ARTIFICIQVE  
LATINI VIVI  
LOQVENDI SCRIBENDI PANGENDI CANTANDI  
VT NOVVS ANNVS  
CVM SALVTEM BONAM MULTAQVE GAVDIA  
TVM BONOS STVDIORVM SVCESSVS  
QVORVM VLTIMVS IAM FAMA PERCREBRVIT  
DARE ATQVE AVGERE PERGAT  
GRATIAS AGENS PROPIETATIS DOCVMENTO  
EX ANIMI SENTENTIA OPTAT  
PRO AMICITIA STVDIORVMQVE SOCIETATE  
AEM. GAAR.

Moderator pro votis benignis gratias agit quam maximas idemque lectoribus et sociis omnibus ineunte anno 1938 omnia fausta bonaque ab Omnipotenti Deo expedit omnesque Iuentutis amicos feliciter vivere ac agere iubet. Quod Dominus noster faxit.

## Cursus sermonis latini

ab Instituto Populo Erudiendo Budapestinensi (Népművelési Bizottság) die 4 m. Februarii inaugurabitur. Qui participes huius cursus esse volunt, nomen dare velint in officio instituti: IV, Szép-utca 5.

### Rudolphus Nowowiejski Vilnensis.\*

Ottoni Schmied Vindobonensi. Collegae carissimo et poetae praeclarissimo s. pl. d.

1. *Corde veniam des toto,  
Quod non scriptum venit, Otto,  
A Rudolpho tam remoto.  
Fine etenim docendi  
Paulum temporis scribendi:  
Pueri sunt exquirendi.*
2. *Cum tu versus consonantes  
Semper promas tam praestantes,  
Audi meos te laudantes.  
Numquam versus scripsi tales;  
Numeros nam inaequales  
Praefero; tu tuos males:*
3. *Cum ad cantum tu componas,  
Harmonias sentis bonas  
Puerisque sonos donas.  
Te amico Professore  
Frui fas est: nam amore  
Pulchre canis Flacci ore.*
4. *Plurimae sint tibi grates,  
Quod laudasti, care vates,  
Artis meae egestates.  
Decem scripsi hymnos heri,  
Regis in honorem veri  
Christi ad conventum Cleri,*

\* Mense Aprili professores Polonici Vindobonae a Prof. dr. Aemilio Gaar praeside societatis classicorum philologorum Austriacae latine salutati amicitiam cum collegis Vindobonensibus contraxerunt (vide: Iuv. pag. 136, fasc. 8, ann. 1936—37). Quorum professores R. Nowowiejski et O. Schmied artissimo non solum amicitiae, sed etiam poëseos vinculo coniunctos esse lectores horum carminum procudubio gaudebunt.

5. *Hoc Posnoniae habendum  
Mense — Christum ad colendum,  
Communismum eruendum.  
Quos Hlond missos Cardinali  
Et diverso et aequali  
Primum versu scripsi tali:*

### Christus Rex.

1. *Orbis Christe Rex terrarum,  
Audi plausum tibi carum  
Congressarum hic turmarum.  
«Christus Rex» haec vox sonora  
Resonat a Varthae ora  
Ab aurora omni hora.*
2. *Luce tua nos incende,  
Laudes tuae sint colenda,  
Maiestatis Rex tremenda!  
Qui se victor morti dedit,  
Hostiam quem quisque edit,  
Per Posnaniam incedit.*
3. *Te, Rex Christe, adoramus,  
Corde unum te amamus,  
Summum Regem praedicamus.  
Quis depingat maiestatem  
Tuam, Rex, auctoritatem,  
Vitae nostrae potestatem?*
4. *Miseros mortales cernas,  
Manus pandas tam paternas!  
Totum mundum, Rex, gubernas.  
Fas, hoc regnum agnoscatur,  
Quisque te confiteatur  
Teque Regem amplectatur!*
5. *Vires orbium infernas  
Communismi iam prosternas,  
Quas ad oras duc supernas!*

*Tunc regnabit pacis foedus,  
Unus Christianorum coetus,  
Confessorum grex perlaetus.*

*6. Tu, Rex, vitae margarita,  
Stella nobis es crinita,  
Via, veritas et vita!*

*Tuo nunc fruaris grege:  
Tua, Rex, agamus lege,  
Te vivemus, Christe, Rege!*

*Carmen hoc, si non placebit,  
Flammam Vulcano praebebit,  
Lingua tua aut tacebit.*

*Dic salutem Directori  
Gaarque caro professori,  
At praecipue uxori!*

*Cenam illam memorabo,  
Mente omnes vos versabo,  
Semper, Otto, te amoab!*

doceri magnopereque adiuvari eos cum in domesticarum tum externarum litterarum cognitione.

Suszter quattuor capitibus quid momenti quamque vim litterae Latinae ad modernorum temporum litteras et nascendas et adolescendas habuisse, exposuit.

Primo Romanorum vitae et morum originem et progressionem describit, secundo modernorum populorum et religionum primordia, quae in litteris Latinis insunt, ad umbrat, tertio litteras Latinas tamquam thesaurum et horreum modernarum esse demonstrat, quarto genera litterarum modernarum (formas et inclinationes) iam in litteris Latinis praeformata esse docet.

<sup>¶</sup> Libellum Suszteri, cum litteras Latinas docentibus paulo subtilius disserturis adiumento sit, dignum esse iudico, qui etiam seorsum edatur.

#### **Horatiana. Quiti—Aequatore. 1936.**

Horatii, poetae immortalis, dies natalis bis millesimus, quem nos Hungari quoque sollemniter celebraveramus, ubique terrarum publice agebatur, etiam Quiti. (Quieto),



Tractus oleum Iranciense portans apud automobile in nivibus inhaerescit.

#### **Certamen litterarium ex lingua graeca.**

Societas amicorum litterarum humanarum Hungarica (Parthenon) etiam hoc anno scholastico certamen ex lingua Graeca renovandum curavit pro iis, qui studiis gymnasiorum peractis ad studia altiora tendunt. Triumviri certaminibus Cleanthis Assosii Carmen hymnicum 39 hexametrarum compositum, quod nobis inter Eclogas Stobaei relictum est, in sermonem hungaricum traducendum proposuerunt. Praeterea etiam tres sententiae hungaricae in graecum vertendae erant, ut eruditio grammatices quoque petitorum probaretur. Praestituta die quinque iuvenes aderant in aedibus collegii de Barone Eötvös nominato. Opusculis candidatorum aestimatis tres iuvenes praemiis digni iudicati sunt. Primus evasit Tomásius Vámos, alumnus gymnasii Colociensis Soc. Jesu, discipulus professoris Iosephi Takács dr., qui praemium 60 pengonum librumque donativum obtinuit. Secundo loco positus est Guilelmus Braun e gymasio instituti rabbinis educandis Budapestinensis, qui 40 P itemque librum dono tulit. (Professor eius Maurus Dercsényi dr.) Tertium praemium sibi (20 P librumque) comparavit Ioannes Harsányi, discipulus gymnasii Augustinae confessionis Budapestinensis, Professor Iosephus Ihász. E iuvenibus praemiis ornatis primus iuris prudentiam, alter rabbinatum, tertius demum pharmacologiam sibi discenda statuerunt.

*Al. Friml dr. Budapestinensis.*

#### **Librorum recensio.**

Scripsit: *Carolus Acs.*

**Suszter Oszkár,** A római irodalom és mai szellemi életünk. (Zalaegerszegi M. kir. áll. Deák Ferenc gimnázium Értesítője 1935—36. iskolaévről.)

Iam multi licet vestigia litterarum Latinarum in modernis litteris inque modernorum animi atque ingenii cultura temporum vestigia impressa scrutari instituerint, Oscari tamen Suszteri disputiunculam non inutilem esse duco, immo aptam et idoneam, ex qua parentes discipulorum, in quorum manus relations pervenire solent, perspiciant filios suos litteras Latinas maximo cum fructu

in capite terrae Aequatoriana VI Idus Decembres ad memoriam Horatii sollemnia alaci studio transacta sunt. Quam iuvat nos in libello sollemnum nomina invenire duorum Hungarorum unius Iosephi Wagner, ephemeridis nostrae moderatoris cuius carm. I. 24. alterius Molnár—Kern, cuius carm. I. 21. Horatianum musicis notis exceptum a choro collegii Cotocollaensi ad Quitum decantatum est. Sed memoriam Horatii socii societatis Iesu e viceprovincia Aequatoriana etiam libro edito celebraverunt ita, ut partim carmina 70 Horatii in Hispanicum converterent, partim laudes Horatii carminibus Horatianis numeris adstrictis canerent. Librum hunc Aurelius Espinosa Pólit S. J. edidit.

**Aurelio Espinosa Pólit S. J., La Pastoral Virgiliana de Wieher. Quito. Editorial Ecuatoriana 1937.**

Aurelius Pólit etiam eclogam Georgii Meason Whicher, poetae Americani in memoriam bis millesimi natalis Vergili a. 1936 Anglice compositam, in qua mens Vergilli spirare videtur, in Hispanicum et Latinum sollerter vertit. Uterque liber meruit, ut a linguae Latinae amatoribus legeretur.

**Deutsch—kirchenlateinisches Wörterbuch.** Anhang: Die Stammezeiten der unregelmässigen lateinischen Zeitwörter von Prof. Dr. theol. et phil. Albert Sleumer. Ferd. Dümmlers Verlag.<sup>5</sup> Berlin u. Bonn 1937, 276 Seiten. Leinen RM 5.50. Anhang RM 1.

Istud lexicon Germanicum latinitatis ecclesiasticae in usum confectum potissimum virorum ac magistratum ecclesiasticorum, qui in negotiis transigendis inter se commercio linguae Latinae utuntur, aut missionariorum, quibus haud raro usu venit, ut cum suac ipsorum tantum lingua compotes sint, cum sociis suis Latine loqui cogantur. Est autem latinitas ecclesiastica per longam saeculorum seriem sensim ac naturaliter nata et adulta ita fixa et statuta atque quodam modo, ut ita dicam, classica, ut ea de rebus ecclesiasticis sribent nisi perplexo et ideo interdum ridiculo velint verborum circuitu implicari, carere neutiquam queant. Cui rei est hoc lexicon aptissime accommodatum estque utilissimum Latine sribentium et loquentium adiumentum, quo qui utuntur, raro destituuntur. Sed non solum vocabula ad res ecclesiasticas pertinientia, sed etiam multa vitae cotidianae eiusque modernae continentur (radiophonica statio, pellicula [film], automobile etc.) Sed quia modernae vitae vocabulorum nisi usitatisima non afferuntur, fieri non potuit, delectus quin interdum sit arbitrarius. Vocabulum Kirchenschiff (Franco-gallice : nef) non reperti. Lexico appendicis instar adjunctus est verborum omnium cum suis stirpibus (a verbo) index, qui etiam separatim editus una marca venit. In indice verbi *flectere* supinum perperam editum offendit, legitur enim *flectum* pro *flexum* id quod in erratis non notatur.

=====

### Nunc do omnia ! ...

*Franciscus Schaub* (Collegium Seraphicum Quinque Ecclesiae).

Ego nunc do Tibi cor meum,  
Dum calor vernus eo micat,  
Donec splendet, fulget somnium  
Dum flammat cor, si Te laudat,  
Sanguis rebellis est, sed vinco,  
Dum gestio, sed opprimo me;  
Dones ver est, cor et dulcedo . . .  
Mi dulcis Deus, nunc iam do omne!

Et ne concedas, ut reposcam,  
Ne permittas, ut vivam caece,  
Nemo sit impediet qui viam:  
Amandus es tu totó corde . . .  
Ego do omne magnanime,  
Beata vita est, quam volo!  
Scintilla sim exorta a Te,  
Quae olim ad Te cedit retro!

=====

### De re aenigmatica. (5)

*Otto Schmied* Vindobonensis.

### Solutiones aenigmatum quartae partis.

24. vota, mota, mora ; 25. s, is, vis, avis, navis ;  
26. ala, alba, Galba, glæba ; 27. video sqq. ;  
28. «scito : cito ito !» 29. e. — Caesar sqq. ; 30.  
ostreum — rhombus.

### III.

Aenigmatibus pyramidalibus ordo *aenigmatum figuratorum* inducit, quorum celeberrimum quadratum magicum est, in quo et ad libram et ad perpendiculum eadem voces apparent. Quod praeterea plerumque litterae adhibendae sunt

allatae, vix facilius aenigma invenias, praesertim si vocabula brevia sunt.

31. 1. 2. 3. 4. 5.

1.					A A A A A
2.					A E E G G
3.					G I I N O
4.					O R R R R
5.					S T T T V

1. *Qua re magistri temporum priorum Tractabant pueros malorum morum?*
2. *Responde cito, ubi lingua sit!*
3. *Quid facit accepturus aliquid?*
4. *«Jucunda» valet hoc vocabulum.*
5. *Quod est humanum vitae spatium.*

Praecipua species quadrati magici est, si ab omnibus quattuor partibus eadem voces apparent velut in hoc :


32. Undique par.

1. 2. 3. 4.

1.				4. 1. <i>Circundatum est insulae.</i>
2.				3. 2. <i>Est vinclum amicitiae.</i>
3.				2. 3. <i>Haec urbs est caput nobile.</i>
4.				1. 4. <i>Sed hoc est forma copulae.</i>
4.	3.	2.	1.	(cf. «Fröhl. Latein. I 92 !)

Si complura quadrata magica connectuntur, existunt :

33. Quadrata magica implicata.



1. *Quis erat pater Romuli?*
2. *Est «alimento afficit».*
3. *Est terminatus fluvii.*
4. *Viator agit, nisi it.*
5. *Quae avis est formosa et elata?*
6. *Et corvus est et carbo hoc colore.*
7. *Quo tempore afficimur odore?*
8. *Orandi forma minus usitata.*
9. *Capitandi pisces instrumentum.*
10. *Sic servi appellabant dominum.*
11. *Est temporale hoc adverbium.*
12. *Vox similis est: «alimentum».*

(cf. etiam in «Iuv.» num. II. aen. 5 !)


Aliquanto difficilior *crux magica* esse solet :

	1.	2.	3.	4.
	A   A   A   A			
	A   A   A   C			
1.	C   D   D   D	E   E   I   I		
2.	I   I   I   I	I   I   I   I		
3.	I   I   I   I	M   M   N   N		
4.	N   N   O   P	P   P   R   R		
	R   S   T   T			
	T   T   V   V			

*In figura illa litteras,  
Quas tu intus vides, misceas,  
A sinistro ut ad dexterum  
Et a vertice ad infimum  
Rursus eadem vocabula  
Videantur hac sententia:*

1. Quae ars est medicorum propria?
2. Sunt instituta patrum talia.
3. Quod cupiunt, qui proeliantur.
4. Qui dī olim placabantur?

Artificiosissima autem figura magica est :



*Octies quaternis litteris  
Semper aliter dispositis  
Varia existant nomina  
Ter vel quater redeuntia!*

*Numeri in opere  
Et sagittae ducent te;  
Sequitur praeterea  
Nominum sententia:*

1. Quis saepe necit vinculum?
2. Interdum fert periculum,
3. Quid mare undis alluit?
4. De quo fur poma deripit?
5. Est frequens urbs, quae praedicatur.
6. Nonnulli Arabi hoc nomen datur.
7. Cognomen est poetae incluto.
8. Si «armis orno», idem facio.

(Continuabitur.)



Censor aenigmatum : Otto Schmied Vindobonensis.

#### Solutiones aenigmatum numeri IV.

1. Quod bracchia breviora sunt.
2. falx, fax.
3. iam, ave, mea.
4. Bis dat, qui cito dat.
5. menti, aliud, na, me, utrum, salio ; manus, elata, ni, tumui, id emo, rl.
6. pavor, rauce, obses, stans, iunge, tener, nauta, obsum :

Prosit novus annus !

**Aenigmata recte dissolverunt:** I. In Hungaria : Sorores Büchler (*Theresianum*), Paulus Tolnay (*Scholae Piae*), Levente Hibbey, Attila Zádori (*Fayanum*), Ladislaus Keleti, Ludovicus Szöllösy, Petrus Resofszki, Egon Rosner, Georgius Lénárd, Ioannes Kozma (gymn. *IPEA*), Nicolaus Mayer (*Rákóczián*), Olga Kunczer (*Veresianum*), Ioannes Wolkóber (*Madachianum*) Maria Krivoss, Maria Harcz, Maria Dobbelhof, Martha Kovács, Agnes Szakonyi, Iuditha Angeli, Maria Csíky, Vera Földváry, Hedviga Gyimesy, Esther Horváth, Gabriella Jantsits, Martha Károlyi, Helena Koltai, Agatha König, Alicia Kúhne, Margaretha Lukáts, Erica Palkovics, Margaretha Rózsa, Martha Stein, Aglaea Szemző, Eva Szendrey, Erica Tahy, Magdalena Tittelbach, Christiana Mantel, Valeria Vendl (*Sophianum*), *Budapestinenses*. — Carolus Bittner *Strigoniensis* (*Stephanum*), Petrus Hanák *Kaposvariensis*, Iulius Schwarcz *Gyoengyoesiensis*, Emericus Lipsitz *Debrechinensis*, Iosephus Kapitay, Andreas Uskert *Tatanus*, Ioannes Szilvás S. *Gotthardiensis*, Antonius Kovács, Ladislaus Kiss, Martha Seemann *Hajdunanasienes*. Josephus Gyimesi (*Makonensis*), Prisca Czuppon, Nicolaus Beély, Alexander Roznyói, Paulus Kovács, classis II B Miskolciensis (*Fraterianum*). — II. In Austria : dr. Guilelmus Fieber, Thea Schmied, Guilelmus Fleischer, Robertus Haenlein, Petrus Herbert, Ilsa Sacher *Vindobonensis*.

Praemium sorte sororibus Büchler, Levente Hibbey, Joanni Wolkóber, Julio Schwartz, Priscae Czuppon, Marthae Seemann, Vereae Földváry obvenit.

## 1.

Pa	nos
Pa	nos
Pa	nos

Georgius Lénárd disc. gymn. IPEA. Budapestinensis.

## 2. Piscator iocosus.

Discipulus excursionem fecit et in ripa fluvii conspexit piscatorem, quem his verbis appellavit : «Quot pisces iam cepisti?» Piscator subridens respondit : «Si ter tot cepissem, quot cepi, et tu quoque mihi tot cepisses, quot ego cepi, nunc centum pisces haberem».

Quot igitur pisces piscator ceperat?

Alexius Czuppon Miskolciensis.

## 3. Quadratum magicum.

1. 2. 3.

1.			
2.			
3.			

A A M

M M N

O O X

1. Pro «enim» hoc invenio.

2. Id erga matrem facio.

3. Quod valet : «brevi tempore».

O. S.

## 4. Numeris.\*

- |    |    |   |    |    |                                 |
|----|----|---|----|----|---------------------------------|
| 8  | 2  | 1 | 2  | 3  | Hoc nōmen parti navis indimus.  |
| 9  | 4  | 2 | 1  |    | Quis Caesar erat crudelissimus? |
| 10 | 11 | 3 | 12 | 1  | Quid a pictore pingitur?        |
| 8  | 3  | 4 | 9  | 4  | Pro «fere» et conspicitur.      |
| 13 | 4  | 5 | 1  |    | Tribuni plebis intercessio.     |
| 14 | 4  | 6 | 4  | 5  | Quid hostis agit capto oppido?  |
| 15 | 16 | 3 | 17 | 10 | Pro «tamquam» id invenio.       |
| 3  | 2  | 7 | 1  | 2  | Quid umbrā iuvat viatorem?      |
| 18 | 6  | 1 | 17 |    | Quid suavem nobis dat odorem?   |
| 13 | 3  | 2 | 16 | 17 | Quis est devictus ab Arminio?   |
| 19 | 6  | 3 | 2  | 3  | Praenomen, quod puellae tribuo. |

*Si ex allata tu sententia  
Mutasti numeros cum litteris,  
Tum tertius existit regula,  
Quae est cuiusdam Sancti Ordinis.*

Franciscus Todter, disc. III. a cl. gymn. Acad. Vindob.

## 5. Ad supplendum.\*

- |         |         |
|---------|---------|
| . ervus | . aluto |
| . micus | . abula |
| . aetus | . nsula |
| . umina | . rbium |
| . merus | . eptem |

*Quae desunt litterae,  
Si velis tu adicere,  
Scriptorem mox invenies,  
Qui tradidit Romanas res.*

Aurelia Csathó, disc. Ceglédiensis.

Notā : Lectoribus minimis : 1, 3, 5 ; mediis : 2 ; maioribus : 4, 6.

\* Stellula apposita indicatur aenigma a censore aenigmatio in versus esse redactum.

## 6. Par.

Vox sum nota satis, vatum bene trita frequenti  
Usu : vel *rastrum* significo vel *ovem*.

Fr. Palata Moravus.

Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum  
dies VII mensis Februarii.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi  
causā singulis in scholis a magistro collectae in  
eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti  
possunt.



Corrigenda numeri 4 (Dec.) pag. 53 : pro «compana»  
lege : campana. — pag. 54 : pro «Phillipus» lege : Philippus.  
— pag. 57 : pro «fortasae» lege : fortasse. — pag. 58 : pro  
«sine sommo» lege : sine somno. — pag. 59 : pro «anim»  
lege : enim. — pag. 60 : pro «omnibus» lege omnibus. —  
pag. 62 : pro «de republica» lege : de republica.

NB. Auctor textus, qui «Duplex hora Latina» inscribitur, orat, ut alterius disci versiculos, quem Moderator Iuventutis commutavit, hoc loco in integrum restituatur. Versiculi illius (cum Hungarico adverbio «előre» = vorwärts = en avant) haec fuerunt verba (pag. 50) :

Io triumphhe, nunquam retrorsum,  
«előre», perge in hostem aduersum !  
«Előre»... o quea vox ! Fascinat orbem,  
vim habet magicam, miram, enormem...  
Qui estis, o vos, «előre» — viri,  
primipugnantes, impavidi?...  
Nos sumus, aspice, nos, Hungari...

El. Nagy. Quae scire vis, partim in dictionario meo  
invenies, ergo vide : «rántott csirké» (pag. 81) et «módon  
készült étel» (pag. 67). Cetera latine sic reddo : species  
ferinae carnis ex mansueto sue facta = «sértéshús vadásan  
elkészítve» (Georges : Braten von einem zahmen Schwein  
wie Wildbraten zugerichtet); «vadas szósz» : embamma  
(aut liquamen) saporis ferini (vadhús fizű); «rántás» : Ein-  
brenne (Sprach-Brockhaus : in Fett geröstetes Mehl) :  
farina adipi tosta; «rántott leveles» : ius farina adipi  
tosta mixtum. Longitudo evitari non potuit, nam «rántás»  
res adeo hungarica est, ut Austriacis exceptis (qui a nobis  
didicerunt) nullis alias nationibus nota sit. — Discipuli  
iterum atque iterum monentur, ne carmina latina scribant,  
neve latine reddant. Quod etiam maioribus difficile est. —  
Gabr. Bohár. De Eugenio Maróthi plus quam scriptum  
est, edi non potuit. Narratio autem nimis tristis est,  
quales discipuli non amant. Materiam aptiore tibi  
mittam. — Em. Szántó. Narratio Mauri Jókai in «Juven-  
tute» quondam iam prodit. — L. Iavorik. Narratio tua  
nimis tristis est. Tibi quoque mittam materiam iucundiorum.  
— O. Suszter, V. Bors, I. B. Bellissima, R. Nowo-  
wiejski, A. Czuppon, St. Boross, I. Jeney, V. Kósa, A. Kő-  
vári. Scripta Vesta, carissimi collegae, ordine edentur. —  
De scriptis discipulorum proxime.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-  
scholarium Catholicorum. — A Katolikus  
Középiskolai Tanáregyesület költségén.  
(Praeses : DR. IOANNES KISPARTI. elnök.)